


nicht in der Subst. eingetrag.

Ino Grün 2984

OBSERVATIONVM  
IVRIS CRIMINALIS  
SPECIMEN PRIMVM



QVOD  
PRAESIDE  
FRIDERICO AVGVSTO  
FISCHERO D.

DIGEST. INFORT. ET NOV. PROF. PVBL. ORD.  
CVRIAE PROVINC. SCABINATVS ET FACVLT. IVRID.  
ASSESSORE

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
RITE CAPESSENDI

AD D. APRIL. MDCCLXVII.

IN AVDITORIO MAIORI  
PVBLICE DEFENDET

FRIDERICVS SALOMO BRETNITZ  
NEBRA - THVRINGVS  
IVRIS PRACTICVS VITEMBERGENSIS.



VITEMBERGAE  
EX OFFICINA GERDESIANA.





## OBSERVATIO I.

POENITENTIA FVRTI POENAM  
HODIE SOLET MINVERE.



poenitentiam in delictis fere omnibus poenam  
minuere, nostri plerumque existimare solent  
iuris interpretes. <sup>a)</sup> Alia olim placuisse vi-  
detur sententia Ictis Romanis. <sup>b)</sup> Sic non  
in rapina solum poenitentiae nullum esse  
effectum Caius affirmat in L. 5. π. de vi bonor. raptor. sed  
in furto quoque, de quo inprimis agere nobiscum constitui-

A 2

mus

<sup>a)</sup> Vid. Disput. Bastinelleri de poenitentia in delictis ejusque effectu

<sup>b)</sup> Conf. Matthaei Commentarius de Criminibus ad Lib. XLVII. Dig. Tit. XIII.  
cap. 2. §. 3.

4

\*     \*     \*

mus, idem obtinere asserit Vlpianus in L. 65. π. de furtis, qui ea mente, inquiens, alienum quid contrectauit, vt lucri faceret, tametsi mutato consilio id domino postea reddidit, fur est: nemo enim tali peccato poenitentia sua nocens esse desuit. Neque vero existimandum est, Vlpianum, generaliter loquentem, non de criminali sed de ciuili hic agere furti persecutione, praesertim cum eius aetate, vt ipse testis est in L. vlt. π. de furtis, ciuilis furti actio frequens in foro esse desierit. Mitius cum furibus poenitentibus agere solent nostrae leges, eo potissimum casu, quando non simplex est poenitentia sed cum restitutione rei ablatae coniuncta, nec immerito certe, quia durior longe, nostro iure, ex Friderici Imperatoris constitutione II. f. 27. §. 8. delicto huic statuta est poena, quam quae olim huius criminis reis imponebatur iure Romano, licet et hoc vltimum supplicium quandoque locum obtinuisse, ex Pomponio discamus, <sup>c)</sup> quod tamen a Iustiniano Imperatore, <sup>d)</sup> qui vitam et membra furum salua esse voluit, mutatum fuisse constat. Criminalis Caroli V. Constitutio, fures poenitentes, qui ablata restituunt, mitiori poena afficiendos esse, haud obscure innuit, quandoquidem Art. 160. in determinanda furti poena ad damnum respicere iubet, quod laesus ex furto passus est, verbis: **Wie schädlich**

---

<sup>c)</sup> L. 15. π. de conditione causa data causa non secuta.

<sup>d)</sup> Nov. 134. cap. vlt. de poena furti apud Romanos vid. Bynkershoek in Observat. Lib. III. cap. 16.



lich dem Beschädigten der Diebstahl seyn mag, cum autem furto restituto damnum amplius non sentiat laesus, facile apparet, mitigandam esse eo casu, ex sententia Caroli Imperatoris, furti poenam. Eandem amplexus est sententiam diuus Augustus Elector, Saxoniae legislator, in Constitut. 32. P. IV. in qua ad supra laudatam sanctionem Carolinam respexisse videtur, ita inquiens. Und nachdem denen Rechten gemäß ist, daß derer Diebe halben, so ihres begangenen Lasters zeitliche Reue tragen und dasienige, so sie gestohlen, ehe sie zum Gefängniß gezogen oder beklagt werden, wieder geben, oder derowegen sonst Erstattung thun, die ordentliche Strafe etwas gelindert, so lassen Wir auch geschehen, daß es in Unsere Landen also erkannt werden möge. Satis manifeste quidem lex haec Saxonica poenitendi restituendique facultatem ad certum tempus restringit, et ei, quando a magistratu fur comprehensus et in carcerem coniectus vel furti iam accusatus est, locum amplius non concedit, sed praeualuit hic, vt alias saepe, ingens in foro Carpzouii auctoritas, *e)* qui, etiam post incarcerationem, mitigari adhuc posse ob restitutionem furti poenam, *f)* existimat, id quod legibus Saxoniae publicis deinde confirma-

A 3

tum

*e)* De qua consuli potest Leyserus in Meditar. ad Pand. Spec. 536. Med. 10. seqq. nec non Spec. 564. Med. 4. seqq. et Spec. 586 Med 7. seqq.

*f)* P. IV. Constit. 32. def. 17. et in praxi rer. Criminal. qu. 80. n. 73. seqq.



tum et in Edicto contra raptores ac fures, anno 1719. d. 27. Iulii lato, dispositum est, cessare debere in furtis non violentis ordinariam suspendii poenam, si, antequam inquisitio inchoata fuerit, poenituerit reum et furtum ab eo fuerit restitutum. Cum vero illis qui de iure in Saxonia nostra respondent, varia, circa veram legis huius sententiam, dubia subnascerentur, illique de eis ad principem referrent, subsecuta augustissimi Legislatoris interpretatione authentica, constitutum est 1) sufficere, si ante inquisitionem specialem seu responsionem ad articulos inquisitionales furem poeniteat isque delictum confiteatur g) 2) non necesse esse, vt res ablata in specie a fure restituatur, sed tunc quoque liberum esse debere a laquei poena furem poenitentem, si alia quacunque ratione laeso satisfactum, vel ab eo in gratiam furis furtum remissum fuerit h) 3) non requiri, vt ante specialem inquisitionem laeso satisfiat, vel furtum ab eo reo condonetur, sed, dummodo confessus fuerit ante specialem inquisitionem delictum furti reus, et restitutio vel remissio ante executionem sequatur, immunem eum esse debere a capitali supplicio. i)

## OBSER-

g) Conf. Rescr. Reg. d. 12. Apr. 1720. et 26. Aug. eiusd. anni quae exstant. in Cod. Aug. Tom. I. p. 1917. et p. 1929.

h) Alleg. Rescr. Reg. d. 26. Aug. 1720.

i) Conf. Rescr. Reg. d. 18 Ian. 1721. in Cod. Aug. T. I. p. 1937.





## OBSERVATIO II.

IN SAXONIA, POENITENDI FACULTAS RESPONSIONE  
FVRIS AD ARTICVLOS INQVISIONALES PERIMITVR  
QVIDEM, SED TVNC DEMVM, SI ADMONITIO PRAE-  
CESSIT IN MANDATO REGIO DE ANNO  
1741. PRAESCRIPTA.

**M**inuit igitur in Saxonia furti poenam confessio delicti ante  
responzionem ad articulos inquisitionales facta quam re-  
missio vel restitutio furti comitatur, ne vero ob ignorantiam  
huius beneficii poenitentiam nimis sero differant eoque gratiae  
viam sibi praecludant criminis huius rei, ea de re mature admo-  
nendos esse eos qui in furti suspicionem incidunt, publico Edi-  
cto, quod d. 6. Dec. 1741. emissum est, praecipitur his verbis:  
Nachdem Wir zu Beförderung des Geständnisses bey denen in  
puncto furti inculpirten Verbrechern, der Nothdurft befinden,  
vermittelst dieser Unserer General-Berordnung, sämtliche Unter-  
Obrigkeiten anzuweisen, solchen Verbrechern gleich Anfangs der  
Untersuchung, unter andern nachdrücklichen Anermahn- und Vor-  
stellungen, die besondere ausdrückliche Bedeutung zu thun, wie  
ihnen, denen Inculpaten, daferne sie bey dem Längnen beharren,  
und vor der Inquisition das Delictum nicht gestehen würden,  
nachgehends, vermöge der klahren Disposition des Räuber-Man-  
dats de anno 1719. weder die Erlassung noch die Restitution des  
Dieb-



Diebstahls zu statten kommen werde; Also ergeheth an alle und jede Unsere Vasallen, Beamten und übrige Gerichts-Obrigkeiten in Unsern Churfürstenthum und denen incorporirten, auch gesamten hiesigen Landen, welchen die Ober-Gerichte zustehen oder anvertrauet sind, hiermit Unser ernster Wille und Befehl, daß sie diesem gebührend nachkommen, und wie es geschehen, gehdrig ad Acta registriren lassen sollen. Quod si igitur haec admonitio vel plane omissa, vel alia forma quam ea, quae in laudata lege praescribitur, suscepta fuit, poenitendi facultas responsione rei ad articulos inquisitionales, non perimitur, sed fur, in examine demum ad articulos istos, vel etiam postea, quando torturae subiiciendus vel iusiurandum purgatorium ab eo praestandum est, furtum confessus, insecuta remissione vel restitutione, a capitali supplicio liberatur, proinde caueant iudices, ne in admonendo de matura confessione furti reo, aliqua in parte ab illis peccetur, hoc enim si animaduertunt sententiam dicturi, licet ad articulos iam responderit reus, de nouo tamen, vt scilicet certo aliquo termino praecludatur poenitendi potestas, inquisitionem inchoandam, ideoque admonitionem ante omnia rite peragendam, eoque facto et summarium examen repetendum, et ad articulos inquisitionales reum denuo interrogandum esse, decernere solent.

OBSER-



## OBSERVATIO III.

ADHORTATIO HAEC QVOMODO LEGITIME  
SVSCIPIATVR.

**A**dmonitio haec vt rite peragatur, ea omnia exacte obseruan-  
da sunt, quae in mandato Regio, a nobis excitato, prae-  
cipiuntur, vno enim vel altero, quae formae loco ibi praescri-  
pta sunt, omisso, nulla est haec furis cohortatio, <sup>k)</sup> et subse-  
cutum ad articulos inquisitionales examen, poenitendi facul-  
tatem non adimit inquisito. Non solum itaque mature, id est,  
ante summarium rei examen, adhortatio haec suscipienda est,  
sed quando ea peragitur expresse monendus est reus, caueat ne  
in negando persistat, hoc enim si fecerit, et delictum ante  
inquisitionem non fuerit confessus, neque remissionem,  
neque restitutionem furti, secundum claram legis Saxonicae,  
anno 1719. contra fures et raptores promulgatae, dispositionem,  
ab ordinaria furti poena ipsum liberare posse, quin imo, de  
hisce omnibus sigillatim monitum fuisse reum, ad Acta clare  
atque perspicue a iudice est referendum. Sed hic nimis saepe  
a iudicibus aberrari, experientia testis est. Operae igitur pre-  
tium erit casus nonnullos referre, quibus admonitio legitime  
facta haberi non potest. Sic 1) vitio laborat cohortatio, quae a  
iudice, reum ad articulos inquisitionales iamiam examinaturo,

B

facta

---

k) L. 5. Cod. de legibus.



facta est. Iubet enim Regium edictum, statim ab initio inquisitionis, gleich Anfangs der Untersuchung, eam peragi debere. Cum autem inquisitio, moribus nostris, vel generalis sit, quae summario inprimis constat examine, vel specialis, quae responsionem ad articulos requirit, facili apparet negotio, eam esse augustissimi Legislatoris intentionem, quod ante summarium examen moneri debeat fur suspectus. 2) Ille quoque fur rite admonitus dici non potest, cui praelectum tantum fuit laudatum saepius edictum Regium, quod anno 1741. promulgatum est. Officium enim iudicis in hoc adhortationis actu non praelectione edicti absolui, sed in eo illud potissimum consistere, vt, quae in lege hac continentur, oratione idonea declaret reo eique perspicua reddat, nec non argumentis conuenientibus, vt mature confiteatur, eum permouere studeat, ex his edicti verbis satis apparet: unter andern nachdrücklichen Anermahn- und Vorstellungen die besondere ausdrückliche Bedeutung zu thun ic. 3) Nullitate laborat ea furis cohortatio, in qua, quod ante inquisitionem, seu quod idem inuoluit, ante responsionem ad articulos inquisitionales, confiteri debeat, a iudice expressum non est. Solent hic incauti nimis iudices, saepenumero alia verba, quae forsitan aequipollentia esse sibi persuasum habent, substituere, et loco formulae in edicto Regio praescriptae: daferne sie vor der Inquisition das Delictum nicht gestehen würden,

den,

3



den, his vti verbis: Daferne sie nicht in Zeiten, nec non: so fort, vel etiam: bey der aniezt vorzunehmenden summarischen Bernehmung das Delictum gestehen würden. Perperam certe, potest enim confessione sua fur a laqueo se liberare, quae non praecise in summario examine, sed ante responsionem saltem ad articulos, facta est, hinc omnes illae formulae vitiosae sunt, quae vel poenitendi facultatem ad summarium examen restringunt, vel etiam, dum certi temporis determinationem non continent, spem facere possunt reo, nimis seram illam non futuram esse confessionem, quae ad specialem vsque inquisitionem ab eo differtur. Proinde vitiosas esse tales admonitiones censuerunt ICti Vitemb. mense Nov. 1765. his additis rationibus: immassen, wenn künftighin bey erfolgenden Geständnisse des Inquisiten auf poenam ordinariam erkannt werden soll, die richtige Admonition desselben, nach Vorschrift des, am 6ten Decembr. des 1741sten Jahres ins Land ergangenen allergnädigsten Generalis, erforderlich ist, gleichwohl die fol. 26 beschehene Vorhaltung, da nach selbiger Inquisiten bloß das Geständniß bey der summarischen Bernehmung zu statten kommen soll, keinesweges vor zu reichend zu achten u. nec non mense Ian. 1766. verbis: dieweil weder in Ansehung derer Holz- noch Kuh-Diebstähle zur ordentlichen Strafe des Todes gegenwärtig zu gelangen, anermogen bey beyden, die in dem allergnädigsten Generali vom 6ten Decembr. des 1746sten Jahres pro forma vorgeschriebene Admonition, ge-



hörig nicht geschehen, indem des Räuber-Mandats de anno 1719. weder fol. 65. Vol. I. bey Verwarnung wegen derer Kuh-Diebstähle noch auch fol. 45. Vol. II. bey der Admonition wegen derer Holz-Deuben gedacht, bey der ersten auch, daß Inquisit die ihm ben gemessene Deuben noch vor der Inquisition gestehen solle, nicht ausgedrückt worden. 4) Illegitima est admonitio, in qua edicti Regii contra raptores anno 1719. lati, mentio a iudice expresse facta non est. Admonitionem enim hac forma fieri debere, vt mentio iniiciatur edicti illius, satis aperte sancit mandatum Regium anno 1741. promulgatum, iam vero neglecta forma a legibus praescripta, actus nullus est et effectu destituitur, id quod in praesenti casu, vbi de vita hominis vt plurimum agitur, eo minus asserere dubitamus, cum ex Hermogeniani sententia <sup>l)</sup> interpretatione legum poenae molliendae sint potius quam asperandae, et Paulus <sup>m)</sup> in poenalibus causis benignius interpretandum esse suadeat. Liberarunt igitur mense Martio anni 1765. a laquei supplicio, substituta in eius locum fustigationis poena, Icti Vitembergenses furti magni reum, qui illud ante specialem inquisitionem confessus non erat, accedente laesi remissione, eam ob causam, quoniam edicti Regii quod de raptoribus agit, in admonitionis actu a iudice mentio facta non

---

l) L. 42.  $\pi$ . de poenis.

m) L. 155. §. 2.  $\pi$ . de Reg. Iur.

non erat, has subiicientes sententiae rationes: Obwohl die von Inquisiten bey George Marschnern als entwendet eingeräumte Posten, die Summe von 12 thlr. 12 gr. bey weiten übersteigen, Inquisit auch noch vor dem summarischen Verhör, nach Maßgebung des am 6ten Dec. des 1746sten Jahres ins Land ergangenen allergnädigsten Mandats, zu einem zeitigen Geständnisse anermahnet worden, solchemnach, daß Inquisiten, weil er diese Deuben vor der Special-Inquisition nicht bekennet, nach Vorschrift des Räuber-Mandats de anno 1719. der von Marschnern fol. 9. beschehene Erlaß, wieder die fol. 104. erkannte Todes-Strafe nicht zu statten kommen möge, es das Ansehen gewinnt; D. A. D. die poena furti ordinaria bey denen Inquisiten welche vor der Special-Inquisition den Diebstahl nicht bekennen, nur so dann statt finden mag, wenn selbige, nach Vorschrift des am 6ten Decembr. des 1741sten Jahres ins Land ergangenen allergnädigsten Mandats, zu Anfange der Untersuchung gehörig verwarnet worden, gleichwohl daß selbiges in gegenwärtigen Falle geschehen, nicht behauptet werden kann, indem, daß man bey der fol. 34. gethanen Admonition, wie solches in ermeldeten Generali pro forma vorgeschrieben, auf das Räuber-Mandat de anno 1719. sich bezogen, citato folio nicht zu befinden, solchemnach, da Marschner fol. 9. den Diebstahl remittiret, von der fol. 104. zuerkannten Todes-Strafe abzugehen und dargegen auf eine poenam extraordinariam zu erkennen gewesen, &c. Quin imo, in furis admonitione, expressam mentio-



nem edicti illius anno 1719. contra raptores emissi, pro forma requiri, satis perspicue docent, quae, vti ex actis ad ICtos Vitembergenses transmissis animaduertere licuit, celsissimus Princeps noster ad praefectum scholae prouincialis Misnensis d. 20. Iunii 1764. rescripsit verbis: Worauf Wir begehren, du wollest vor allen Dingen, nach Maßgebung des unterm 6ten Decembr. 1741. ins Land ergangenen Generalis, benannten Zwinschern und Hempeln, unter andern nachdrücklichen Anermahnungen und Vorstellungen, wie ihnen, daferne sie beym Längnen verharren, und vor der Special-Inquisition die begangenen Deuben nicht gestehen würden, nachgehends, vermöge der klaren Disposition des Räuber-Mandats de anno 1719. weder die Erlasung noch Restitution des Diebstahls zu statten kommen werde, die besondere Bedeutung mit ausdrücklicher Beziehung auf nur ermeldtes *Mandat* thun, auch wie solches geschehen, umständlich ad Acta registriren &c. Idem fere praecepit celsissimus Princeps eodem anno d. 5. Sept. denen Gräff. Zinzendorffischen Gerichten zu Langenhennersdorff in Actis Inquisitionis Johann Gottlob Hånseln betrff. sequentem in modum illis rescribens: Und da wir wahrgenommen, daß Hånsel zum freywilligen Geständniß fol. 12. *b* angeschlossener Acten gehdrig nicht admoniret worden; So habt ihr denselben, wann er wiederum zur Hafft gebracht, nach Vorschrift des unterm 6ten Decembr. 1741. ergangenen Generalis, unter andern nachdrücklichen Vorstellungen

stellun-





stellungen, wie ihme, daferne er beyhm Läugnen beharren, und vor der Special-Inquisition die begangenen Deuben nicht gestehen würde, nachgehends, vermöge der klaren Disposition des Räuber-Mandats vom 27sten Julii 1719. weder Erlaß noch Ersatz des Diebstahls zu statten kommen werde, die besondere Bedeutung mit ausdrücklicher Beziehung auf nur ermeldetes *Mandat* zu thun, und wie solches geschehen, umständlich ad Acta registriren zu lassen, so dann aber denselben anderweit summarisch zu vernehmen &c. 5) Is etiam inualidus est et effectum non producit admonitionis actus, in quo iudex, de omnibus illis, quae in Mandato Regio saepius adducto continentur, certiozem quidem reddidit furti reum, illud autem quomodo factum sit, vel plane non, vel non satis accurate atque perspicue ad Acta referri curavit. Hoc enim tantum notasse, quod secundum normam in Mandato Regio de anno 1741. praescriptam, furti reus admonitus fuerit, neutiquam sufficere, haec Edicti illius verba: und wie es geschehen behörig ad Acta registriren lassen sollen, satis manifeste declarant, hinc ut omnia illa, de quibus fur a iudice monitus fuit, figillatim in registratura exprimantur, necesse est, quo facit clausula illa 'quae supra memoratis rescriptis adiecta est: und wie solches geschehen umständlich ad Acta registriren zu lassen,

OBSER-



## OBSERVATIO IV.

NVELLA EST ADMONITIO QVAE FIT A SOLO IVDICE  
NON ADHIBITIS SCABINIS.

**A**dmonitionis actus cum summario rei examine plerumque coniungi solet, ita vt haec praecedat, illud statim subsequatur. Cum igitur, an in summario inquisiti examine, scabinorum praesentia pro forma requiratur, expediti iuris non sit, quia nimirum, vt in inquisitionis processu tale summarium examen praecedat, vel in eo scabini adhibeantur, in legibus nostris nullibi est praeceptum <sup>n)</sup> ea a iure non abhorrens videri poterat sententia, quod in admonitionis actu cum summario examine coniuncto, scabinorum non requiratur praesentia. Sed in contrarias discedimus partes, nec immerito certe. Quotiescunque enim in causis criminalibus actus maioris momenti expe-

---

<sup>n)</sup> Vid. Rescriptum Augusti Electoris d. 5. Januarii anno 1579. ad Scabinos Lipsienses datum apud Carpzouium in praxi Crim. P. III. qu. 107. n. 69. quod modum procedendi in causis criminalibus praescribit, et primum in inquisitionis processu esse dicit examen ad articulos verbis: *Als nehmlich erstlich die Verbrechung Articuls-weise fasse* &c. hinc quoque summariam rei explorationem inter requisita inquisitorii processus non ponit Bergerus in Oec. Iur. L. IV. Tit. 33, §. 3. et quotiescunque de persona delinquentis constat, statim omitta omni inquisitione generali ad specialem inquisitionem perueniri posse statuit Carpzouius qu. 108. n. 68. Interim in furti delicto apud nos summarium examen omitti non debere satis comprobatur Hommelius in Dissertat. de mitiganda furti poena ob restitutionem rei ablatae §. 26.



expediendus est, vt eo maior actui fides concilietur, scabini adhibendi sunt, o) id quod et vsui fori et iuris analogiae conuenire, p) nemo facile negabit. Iam vero furis admonitionem ad actus maioris momenti referendam esse, dubiis obnoxium videri non potest, saepenumero enim, an vita rei salua esse debeat vel minus, ex eo tantum pendet, qua ratione suscepta fuerit eius admonitio.

## OBSERVATIO V.

LICET ADMONITIO REI LEGITIME A IUDICE PERACTA  
FVERIT, NON SEMPER TAMEN RESPONSIONE AD  
ARTICVLOS INQUISITIONALES POENITENDI  
FACVLTA EXCLVDITVR.

**R**egulariter quidem, simul ac ad articulos inquisitionales, furti reus, legitime antea monitus, interrogatur, poenitentiae locus amplius non est, itaque si vel in ipso ad articulos examine vel postea etiam delictum confitetur, restitutione vel remissione ablati, si furtum magnum est, ab vltimo supplicio eximere se nequit. Dicimus regulariter, non desunt enim casus

C

in

---

o) Vid. a Leyser in Meditat. ad  $\pi$ . Spec. 70. Medit. 7.

p) Ordinat. Crim. Carol. Art. 46, 47, 72, et 181. conf. quoque Ord. proc. Recogn. Tit. II. §. 6. verbis: *Als in welchen Fall es in causis ciuilibus etc. dato scilicet a contrario argumento.*



in quibus poenitentia, etiam rite facta admonitione, suscepto iam ad articulos examine, effectum exerit et a laqueo liberat. Ponamus igitur, examinari quidem ad articulos eum qui in furti suspicionem venit, sed non legitime, remotis v. g. scabinis, hos enim, quando reus ad articulos interrogatur, necessario adhibendos esse, ex legibus nostris constat. <sup>q)</sup> Nullum effectum tale examen producere potest et pro non facto habendum est, hinc gratiae per poenitentiam quaerendae via tamdiu reo patebit, quamdiu examen hoc, et legitime quidem, repetitum non est. Comprobat hanc sententiam nostram Regium rescriptum ad Scabinos Lipsienses anno 1721. d. 7. Iun. datum <sup>r)</sup> verbis sequentibus: im übrigen aber eine illegaliter beschehene Vernehmung auf Articul, pro non facta zu halten, folglich genug, wenn der Deliquent, auch nach derselben, vor erfolgter anderweiter richtiger Vernehmung, den begangenen Diebstahl gestehet. Fac porro furem, legitime monitum, cum summatim et ad articulos a iudice interrogaretur, delictum pertinaciter negasse, quin imo cum tormentis subiiceretur, vel iusiurandum purgatorium sibi impositum praestaret, in negando perstitisse, postea autem antequam per sententiam a vinculis et inquisitione liber pronunciaretur, stimulis forsan conscientiae actum, furtum

com-

<sup>q)</sup> Confr. Resolut. Grau. de anno 1612. Tit. von Justicien-Sachen §. 5. nec non Rescriptum Augusti Electoris supra nota n. laudatum.

<sup>r)</sup> Quod exstat in Cod. Aug. T. I. p. 1945.

commiffum fateri. A laqueo illum vindicare non dubitamus. Finita enim est, tormentis perpeffis vel praefito purgationis iureiurando inquisitio, nec ea, quae deinde ferri folet liberationis fententia, inquisitionem demum perimit, fed eam tantum finitam effe declarat. Iam vero ad finem perducta inquisitione cuius intuitu admonitio facta erat, ceffabit admonitionis effectus, hinc fur absoluta iam inquisitione delictum confeflus, fubfecuta reftitutione vel remiffione, a fufpendii poena liberabitur, quem in modum Ordo ICtorum Vitembergenfium pronunciare non dubitavit, cum maritus, qui cum vxore fimul in furti fufpicionem inciderat, perpeffis iam obfirmato animo tormentis, furtum ea intentione fponfe confiteretur, vt vxorem, cui purgatorium iufiurandum iniunctum erat, iamiam peieraturam, a iurandi confilio auocaret.

## OBSERVATIO VI.

NON MAGNI SOLVM SED PARVI QVOQVE FVRTI REVS,  
A IVDICE RITE EST MONENDVS.

**I**n admonitionis actu immunitas ab ordinaria delicti poena eum in cafum reo promittitur, fi ante refponfionem ad articulos inquisitionales, crimen confitetur et vel reftitutio furti vel eius remiffio deinde accedit. Hoc igitur regulae loco obferuandum eft: Quibuscunque in furtis poenitentia cum reftitutione



nimirum vel remissione coniuncta, a poena ordinaria immunitatem praestat, in illis semper admonitio est suscipienda, quibuscunque autem in furtis poenitentia haec effectu destituitur, in illis omittenda est admonitio, ne scilicet, quod in Decis. El. Saxon. 91. prohibetur, vana gratiae spes fiat reo. In furto itaque magno, simplici videlicet, nam de furtis non qualificatis hic tantum agimus, suscipiendam esse furis cohortationem, dubio caret, a capitali enim supplicio, quod in furtum magnum legibus nostris statutum est, poenitentiam tempestivam liberare, Edictum Regium sancit quod contra raptores et fures anno 1719. latum est. De furto parvo, quod nimirum summam 12. thalerorum 12. grossorum non excedit, olim dubitabatur, aliis, in hoc furti genere, poenam mitigandi effectum poenitentiae tribuentibus, aliis minus. <sup>s)</sup> Hanc quoque litem sopiuit Rescriptum Regium anno 1746. d. 29. Iunii ad Dicastria Saxonica datum his verbis conceptum: Wir mögen euch hierdurch nicht verhalten, daß, nachdem zeithero einiger Zweifel vorgefallen: Ob die Restitution des gestohlenen, oder die Remission deßen so bestohlen worden, von der Strafe des Staupenschlags befreye? Wir unsere Entscheidung dahin gefasset: daß in denenienigen Fällen, da die Restitution oder Remission, wenn der Diebstahl sich über 12 thlr. 12 gr. erstrecket, und nach

Inhalt

<sup>s)</sup> Vid. Hommelii Disputat. de mitiganda furti poena ob restitutionem rei ablatae §. 17, et Bergeri Elect. Iurisprudentiae Crim. p. 47.

Inhalt Unfers Mandats von 27 Julii 1719. und dessen Erläuterungen den Dieb von der Todesstrafe befreyet, solche auch, da der Diebstahl ein wenigers beträgt, und also ohnedem auf die Todesstrafe nicht erkannt werden mag, demselben wieder die Strafe des Staupenschlages zu statten kommen solle. Liberat igitur a fustigationis quoque poena matura furis poenitentia, hinc in furtis paruis, quorum valor summam 6. thalerorum 6. grossorum superat, necessaria est furis admonitio. Sed an in minoribus etiam furtis, in quibus relegationis poena tantum obtinet, mitigationis effectum habet poenitentia, et sic in illis quoque suscipienda erit a iudice rei admonitio? Negantem sententiam, ex ea forsan ratione veriore quis existimare posset, quoniam in eo quod modo induximus Regio rescripto, fustigationis poenae tantum fit mentio, sed ad ea furta quae huic poenae obnoxia sunt, sanctionem hanc restringere, generalia haec verba prohibere videntur: solche auch, da der Diebstahl ein wenigers beträgt, quin imo Constit. El. Saxon. 32. P. IV. etiam in minoribus furtis in quae relegationis poena tantum statuta est, haud obscure mitigationis effectum poenitentiae tribuit, dum ob eam, pro re nata, poenae carceris quoque locum concedit. Hinc in illis etiam minoribus furtis, poenitendi facultatem non excludit fori Saxonici usus, \*) ex quo hic quoque admonitionem necessariam esse, facili apparet negotio.

C 3

OBSER-

---

\*) Confr. Hommelius in der Einleitung zum teutschen Flavio. S. 39.



## OBSERVATIO VII.

IN LATROCINIO, RAPINA, RESIDVI CRIMINE, SACRILEGIO,  
ET FURTO QVALIFICATO, OMITTENDA EST  
REI ADMONITIO.

Ex regula illa quae supra Obs. VII. a nobis tradita fuit, hoc satis manifeste sequitur, vt in latrocinio, rapina, residui crimine, sacrilegio et furto qualificato, suscipi non debeat ea de qua huc vsque egimus rei cohortatio. In hisce enim delictis omnibus a poena ordinaria non liberat ablati restitutio. De latrocinio et rapina res expedita est <sup>u)</sup> perfidos quoque administratores qui concreditam administrationi suae pecuniam, interuertunt, restitutione facta, immunitatem, a poena quae legibus nostris in hoc delictum statuta est, non consequi, perspicue satis in saluberrima ista constitutione sancitum legitur, quae in Saxonia nostra anno 1705. d. 26. Septembr. promulgata fuit. <sup>x)</sup> De sacrilegio dubitari forsan potest, illius enim criminis rei qua poena apud Protestantes affiendi sint, non eadem est Ictorum sententia, <sup>y)</sup> haud paucis delictum illud vt merum furtum apud nos puniendum esse existimantibus. Non ponderabimus

<sup>u)</sup> Vid. Land-Recht Lib. 2. Art. 13. Constitut. El. Sax. 5. et 35. P. IV. C. C. C. Art. 126. et 137. Bergerus in Elect. Iurispr. Crim. Suppl. 1. p. 78.

<sup>x)</sup> Exstat haec Constitutio in Cod. Aug. T. I. p. 1173. seqq.

<sup>y)</sup> Vid. Bergerus in El. Iurispr. Crim. p. 63. seq. Hommelius in Rhaps. Obs. 54.



rabimus hoc loco quae in vtramque partem adduci solent argumenta, hoc autem, cum Leysero <sup>z)</sup> asserere non dubitamus, haud prodesse furi in hoc delicti genere restitutionem, imprimis cum in Saxonia nostra, non in omnibus furti generibus poenitentia cum restitutione vel remissione coniuncta, poenam minuendi effectum habeat, sed tantum bey gemeinen und Haus-Diebstählen prout hoc constitutum est in dem Mandat wegen geschwinder Exequirung derer Räuber und Diebe vom 27sten Julii 1719. In furto violento quod et qualificatum vocari solet, restitutione vel remissione ablati nulla ratione poenam minui, et hoc quod modo adduximus edictum regium anno 1719. emissum perspicue sancit, et illud quod anno 1753. d. 14. Decembr. wegen Auffuch- und Entdeckung auch Bestrafung des Diebs- und Räuber- Gesindels promulgatum est §. 3. verbis: auch diese Straffe keinesweges gemildert werden, wenn schon die gestohlenen und geraubten Sachen bey dem Verbrecher annoch angetroffen werden oder dem Bestohlenen sonst Remission und Ersas deshalb geschiehet. Omittenda itaque est his in casibus omnibus, ne iudex contra sanctionem Decision El. Sax. 91. agat, ea de qua supra egimus rei admonitio quae spem gratiae facit si reus tempestive confitetur et furtum vel restitutum vel remissum est. Solet autem saepenumero sub initio inquisitionis, vtrum poenitentia effectum habere possit vel minus, in obscuro latere, quando

---

<sup>z)</sup> In Meditat. ad  $\pi$ . Spec. 535. Med. 16.



quando nimirum iudici, an furta ob quae in suspicionem venit reus simplicia sint omnia, an forsan vno vel altero furto qualificato admixta, non satis constat. Suscipienda quidem est hoc casu furis admonitio, sed, ne vana spes gratiae reo fiat, ad furta simplicia expresse restringenda, quam in sententiam ad relationem des Ober-Amts-Raths von Hartigsch und des Cammer-Commissarii Zahns zu Senfftenberg anno 1754. d. 7. Martii Regio rescripto responsum fuit verbis: Allermaßen nun Unser Mandat von 6ten Decembr. 1741. bloß von denen in puncto furti inculpirten Verbrechern, das unterm 14ten Decembr. vorigen Jahres erlassene hingegen §. 3. von solchen Inhaftaten redet, die wegen gewaltsamen Einbrüche oder Gemeinschaft mit Diebes- und Räuber-Banden und also in puncto furti qualificati oder gar rapinae eingezogen worden sind, mithin weder eines das andere aufhebet, noch auch die im erstern auf das zeitlich erfolgte gütliche Bekenntniß derer Arrestanten gesetzte Minderung der Strafe auf diejenigen gröbern Verbrecher, deren letzteres Erwähnung thut, zu erstrecken ist; Als ist hiermit Unser Begehren, ihr wollet bey Fortstellung der euch committirten Untersuchung diesen Unterscheid behörig zur Richtschnur nehmen, und da sich nicht allemahl sogleich Anfangs absehen lässet, ob die Disposition des Sphi 3tii letztgedachten Mandats auf ein oder den andern Inhaftaten applicabile sey, solchenfalls zwar, denenselben, die im Mandat de anno 1741. angeordnete Vorhaltung und Ermahnung, nebst dem iedoch nur auf furta simplicia

plia

plicia einzuschränken Versprechen der, auf das gültliche Geständniß, zu gewartenden Minderung der Strafe, beobachten, gegen andere aber, wo dergleichen Ungewißheit nicht vorwaltet, vielmehr ein gegründeter Verdacht eines furti qualificati gleich Anfangs vor Augen lieget, auch dessen gänzlich enthalten ic. Ponamus autem, furti violenti reum, ea, quae in Edicto Regio de anno 1741. praescripta est formula, de confessione tempestive facienda, absque restrictione ad furta simplicia a iudice monitum fuisse, an liberabitur hoc casu, ab fidei ipsi a iudice quodammodo datam, ob ordinaria furti qualificati poena, accedente restitutione ablati vel eius remissione, si ante responsionem ad articulos inquisitionales, furtum violentum confitetur? Non subtrahet certe promerito furti violenti reum supplicio, haec iudicis negligentia, id quod ex Decis. Saxon. El. 91. et Mandato Regio d. 25. Nou. 1517. emissio <sup>a)</sup> satis manifeste colligi potest.

## OBSERVATIO VIII.

CONTRECTATIONE ET ABLATIONE NON SECUTA, FURTUM  
QUALIFICATUM PERFECTUM NON EST, ET CESSAT  
HOC CASU CAPITALE SUPPLICIUM.

**D**elictum nondum perfectum extra ordinem regulariter coerceri debere, vnanimis Ictorum sententia est, et naturae  
D rei

a) Quod in Cod. Aug. exstat T. I. p. 1877. seqq.



rei et legibus conformis. *b)* Excipiunt ab hac regula nonnulli furtum qualificatum, capitali supplicio locum concedentes, si fur armatus, furti faciendi causa, alienas aedes intrauit, sed ab aliis praepeditus, consummare delictum actuali rerum ablatione, non potuit. *c)* Sed contrariae calculum adicere nobis liceat sententiae, *d)* et hoc casu ab ultimo supplicio furem vindicare, tanti enim ponderis non esse videntur aliter sententiarum argumenta, ut in suas partes pertrahere nos queant. Prouocant potissimum ad Constitutionem Carolinam art. 159. ex cuius verbis, oder mit Wassen, darmit er iemand, der ihm Widerstand thun wollte, verletzen möchte, zum Stehlen eingehet, apparere arbitrantur, perfectum iam esse furti qualificati crimen, licet nihil contractatum fuerit, modo armatus fur, furandi animo, aedes alienas intrauerit, quin imo in hoc delicto, non tam violentam ablationem, quam violationem potius securitatis publicae et metum armis iniectum, ultimo supplicio puniri, ex his laudati articuli verbis colligunt: So ist in dem Diebstahl, der mit Wassen geschieht, eine Bergewaltigung und Verletzung zu besorgen. Darum in diesem Falle der Mann mit dem Strang u. At enim vero non solam securi-

*b)* Vid. Const. Crim. Carol. Art. 178. L. 1. princ. et §. 2. D. de extraord. criminibus, Kressius in Commentar. ad Constit. Crim. Art. 178.

*c)* Vid. Hommelii Anseitung Gerichts-Acta geschieht zu extrahiret u. p. 291. et Dissert. eiusd. de furto qualificato §. 18. vbi et in hanc sententiam nonnunquam pronunciatum fuisse exemplis probat.

*d)* Quam in foro receptam esse testatur Leyserus Spec. 536. med. 6.

securitatis publicae violationem et metum armis iniectum, sed furtum, id est, contrectationem rei alienae, violenter factam, ultimo hic supplicio Imperatorem Carolum punire voluisse, ex eo apparet, quoniam ubique mentio fit furti ut in rubro articuli: vom ersten gefährlichen Diebstahl durch Einsteigen oder Brechen, nec non in ipso articuli contextu: So ist in dem Diebstahl der mit Waffen geschicht ꝛc. iam vero furtum sine contrectatione non fit L. 52. §. 19. ꝛ. de furtis, et qui furti faciendi causa conclaue intravit nondum fur est, quamvis furandi causa intravit. L. 21. §. 7. ibid. imo ipse Imperator Carolus V. dubiis hisce occurrit, quae de armis Art. 159. dixit subsequente Art. 160. in quo ad Articulum praecedentem satis perspicue se refert, clarius exponens, et non sola arma, sufficere sed ablationem adhibitis armis factam, ad ultimum supplicium reo infligendum necessariam esse, his verbis declarans: Wo aber der Dieb zu solchem Diebstahl gestiegen, oder gebrochen, oder mit Waffen, als vorstehet, gestohlen hätte, so hätte er damit, wie oben gemeldet, das Leben verwürket. Pergunt porro contrariam nostrae sententiam defendentes, etiam attentatum delictum poena ordinaria nunquam coerceri, licet autem hoc libenter illis largiamur, idem tamen de furto qualificato, lege deficiente statuere, merito dubitamus. Neque vero praesidium afferunt dissentientium a nobis opinioni, sequentia edicti Regii contra raptores et fures anno 1719. promulgati verba: daß sodann diejenigen welche bey



dergleichen That und Rottte angetroffen, und verfolget würden, ohne Unterschied, ob sie solche selbst verübet, oder nur auf der Wache gestanden, ingleichen ob sie was von dem Raube genossen oder nicht, an dem Leben nach Beschaffenheit der vorfallenden Umstände durch den Strang oder Rad gestrafet werden sollen, quae omnia in mandato Regio quod anno 1753. d. 14. Dec. prodiit, repetita leguntur. Puniendus enim, ex legum illarum sanctione, capitaliter quidem est ille furum violentorum socius, qui ipse nihil contrectavit, nec vllum ex delicto hoc lucrum percepit, ex quo, ablationem ad poenam capitalem hic necessariam, non esse, profuere videtur, sed verba haec: ob sie was von dem Raube genossen oder nicht, contrarium satis declarant et tunc demum capitali supplicio locum esse innuunt, quando ablatio reuera secuta et per eam furtum qualificatum consummatum est. Eandem in sententiam pronunciare et reum a laqueo liberare non dubitarunt Scabini Vitembergenses Mens. Novembr. 1765. his additis rationibus: Obwohl Inquisit, daß er am 25sten Maii dieses 1765sten Jahres, in der Nacht, in Christinen Böhlandin zu Reichardtswerben Gehörffte, um von dem Heuboden vor sein Pferd ein Bund Heu zu hohlen, und also zu stehlen, sich befunden, auch, als die Böhlandin darzu gekommen, er selbige mit einem bey sich gehalten eisernen Ladestocke etliche mahl ins Gesichte gestossen habe, bey seiner summarischen und Articuls - weise gethanen Aussage, in Güte gestanden und bekant, solchemnach, da Inquisit ein Gewehr, womit

mit

mit ein Mensch allerdings getödtet werden kan, bey sich gehabt, mit selbigem auch wirklich Gewalt ausgeübet, daß diese That pro furto qualificato zu achten und Inquisit, ohnerachtet er nichts davon gebracht, mit der fol. 185. erkannten Todes-Strafe zu belegen sey, um so mehr geschlossen werden möchte, da nach dem wegen geschwinder Exequirung der Räuber und Diebe am 27sten Julii des 1719den Jahres ins Land ergangenen allergnädigsten Mandate, dieienigen, welche man bey dergleichen That angetroffen, ohne Unterschied, ob sie was von dem Raube genossen oder nicht, am Leben gestraft werden sollen. D. A. D. wenn eine That als ein wirkliches furtum angesehen und bestraft werden soll, daß eine contrectatio et ablatio erfolget sey, denen Rechten nach erfordert wird,

L. 22. princ.  $\pi$ . de furtis

Carpzouius Quaest. Crim. 79. n. 56. verbis: proinde si quis nihil contrectarit et abstulerit, sed in ipso furto deprehensus fuerit, poena suspendii plecti non debet, etiam si vel maxime aedes animo furandi effregerit,

Gleichwohl daß Inquisit, als er zu der angegebenen Zeit von der Böhlandin betroffen worden, bereits wirklich etwas an sich genommen gehabt, aus denen Acten nicht erhellet, diesfalls auch, da die Böhlandin selbst solches nicht einmahl behauptet, wieder ihn kein Verdacht vorhanden, mithin dasienige, was bey der Böhlandin von Inquisiten vorgenommen worden, nur pro furto attentato

zu



zu achten, wegen dessen eine Lebens-Strafe nicht statt findet, in noch  
 mehrern Betracht, daß die vorerwähnte Disposition des wieder die  
 Diebe und Räuber anno 1719. publicirten allergnädigsten Mandats,  
 auf gegenwärtigen Fall um so weniger zu erstrecken, da eines theils  
 solches von denenienigen redet, welche bey dergleichen gewaltsamen  
 That und Rottte angetroffen worden, gleichwohl daß Inquisit da-  
 mals mit mehrern des Stehlens halber sich zusammen rottirt ge-  
 habt, in denen Acten nirgends eine Spuhr vorhanden, andern  
 theils auch die vorangezogenen Worte: ohne Unterscheid, ob sie  
 was von dem Raube genossen oder nicht, dieses, daß ein Raub  
 oder *contrectatio et ablatio* würcklich geschehen sey,  
 zum voraussetzen &c.

---

E R R A T A:

p. 16. lin. 5 *haec praecedat illud, lege: ille praecedat hoc.*





SLUB DRESDEN



3 1400691

*Fies v. v. m. 124*

